

pecuniarum aliquo Charitativo Subsidio, ad defensionem huius Ortho-
 doxi Regni concurrat. Quare accedentes Sermoni Domini Nostri Consensu, Nos
 Archiepiscopi, Episcopi hic Varsavia presentes et absentes per suos
 Mandatarios, in eam Sententiam conuenimus, ut tam major, quam
 minor Clerus, quam Secularis, tam Regularis, nemine prorsus Exce-
 pto Veram decimam Partem suorum Anni currentis, tam ex bene-
 ficijs Ecclesiasticis, et Censibus, quam aliunde percipiendorum seu
 perceptorum Prouentuum, ad hoc Sacrum Bellum, ad Exercitus Nostros
 a Nobis deputatos, tempore prefixo, videlicet pro die 10 Maij conferat.
 Quod ad notitiam omnium et Singulorum per praesenter deferimus.
 Deinde Volumus, ut Officiales Nostri tam Generalis videlicet Per Altes
 ac Inductor Dominus Episcopus Laodiceus Suffraganeus Noster, quam
 Franci in toto Archidiaconatu Carouien' assumptis a se aliquot
 Decanis Curialibus, vel alijs Viris peritis Ecclesiasticis, qui illis vi-
 si fuerint idonei, Collegijs seu Communitatibus Sacerdotum, quam
 Singulis Parochis, Praebendarijs, Cappelanis, Vicarijs, Altarijs,
 Beneficiarijs, et quocumq; nomine nuncupatis Monasterijs quo Ab-
 batijs, et beneficijs Regularibus Veram decimam Partem Prouen-
 tuum ex iusto sine ulla defalcatione assignent, presentantq;
 quisq; in suo Officialata, et Nobis quid hac in re constituent, pre-
 sentantq;, quam primum significant. Et quamuis existimamus
 neminem fore, qui hanc pietatem in Deum et Patriam valde
 afflictam ostendere voluerit, tamen si qui tam immemores sui in
 Patriam Offrey reperi fuerint, damus potestatem Generali Offi-
 ciali Nostro ut deuantantes ex accusatione Francorum Officialium